

1718. Febr. 15.

Alphonso des Vignoles

30

J. S. Bayer

Mirifice te video in omnibus mecum consentire. Te eclipsi enim lucis, quae Christo in crucem acto facta est, sublimide significabam, quid sentirem, dum cogascerem, quid tu de ea teneres. In Sinis etiam videri eam eclipsin potuisse, si qua fuerit, ioculariter est dicere, cum iis horis, quibus in Iudaea sol lucem amisisset creditur, ibi paene nox esset. Ceterum quod de Quoi Thai dixi, in ea sententia adhuc maneo, nullum de signo aliquo interpretantem errasse. Quoi Thai certe in cyclo sexagenario ultimus annus dicitur. Sed non is motus, verum etiam, ut quidus ille in horis, in mensibus, in diebus mensium et resio ubi alias adhibetur, ita, quod ultimum in iis est, eodem vocabulo significatur. In mensium tamen mensura adhibetur adiunda voce Hoei, ut hoc ipso loco in Annalibus: Quoi Thai Hoei l. e. ultimo die mensis a meridie. Haec ordinaria fuit Eclipsis cum ceterarum pleraeque in Annalibus eodem tempore feruntur factae, ut Caspinus iam annotavit ex Cypleti Chronologia. Sed Phlegonticae eclipsi nondum scio, quid facere debeam. Turbatur hic ab eruditis, praesertim a Keplero. Quam vellem, ut, si fieri possit, cognatio Sinicae et Phlegonticae fuerit aliqua. Sed haec amplius considerabo. Tu si quid certius de Phlegontica habes eclipsi, imperites suis largiter. Ego Quoi hanc eclipsin ad eam referunt lucis defectum, nem quae Christo suspensa facta est, istis puto in hac luce litterarum aut caecum hinc aut dormire. Ego iam edo de Eclipsi ista libellum meum. Nulli inquisitionem habeo. Sed ut in ceteris, dormitat. Deus te valentem, et meo amantissimum, conservet. Vale Regiomonte V. D. Julii ob hcc XVIII.

Uelne sine quid in Hebraica Chronologia moliaris? Sed quicquid sit, scio simile fore ceteris tuis scriptis, id est, ut magno usui et oblationi eruditus cedat.

A Monsieur  
Monsieur des Vignes

p. couvert

à

Copnik